



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

27. Absolvere potest quilibet sacerdos in articulo mortis à quibuscunq[ue]  
casibus reservatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

exigunt, aut sic imposta etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiunt, nec non, qui per se, vel per alium, seu alios directe, vel indirecte praedicta facere, exequi, vel procurare, aut eisdem auxiliū, consilium, vel favorem, ut votum, seu suffragium palam, vel occulte praestare non verentur, cujuscunque sint præminētiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si imperiali, aut regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Republicæ, & alii potentes quicunque, etiam Regni, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquomo-<sup>27</sup>dō præsidentes aut quavis etiam Pontifici- cali dignitate insigniti, excommunicatio- nis sententiam in Bulla Cœna Domini contentam incurunt. Navarr. in cap. 27. num. 71. vers. & qui collectas, tom. 3. 85. Graff. cap. 18. num. 145. par. 1. lib. 4. à qua † nisi in articulo mortis constituti, præterquam à Romano Pontifice, nemo absoluī potest, neq; etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstata, nec prætexta quarumvis facultatum, & indultorum quibuscumque personis ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis ordinum, etiam mendicantium, & militiarum regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate præditis, ipsisque ordinibus, & eorum Monasterijs, Conventibus, & Domibus, ac Collegijs, Confraternitatibus, Congregati- nibus, Hospitalibus, & locis piis, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mun- dana excellentia fugentibus, per Romanum Pontificem. & Sedem Apostolicam, ac cuiusvis Concilii decreta, verbo, litteris, aut alia quacunque scriptura in genere, & in specie concessorum, & innovatorum, ac

concedendorum, & innovandorum. Rebuff. in prax. benef., super Bull. Cœna Domini, art. 13. vers. nisi in mortuū, & Navar. d. c. 27. n. 73. versic. cæterum à predi- <sup>27</sup>cōdū. † Nam in articulo mortis quilibet sacerdos absolvere potest, quacunq; reservatione non obstante, ut ibi gloss. in d. vers. nisi, Concil. Tridentin. cap. 7 §. hanc autem doctrinam, de sacr. penit. & extre- ma und. sess. 14. & S. Thom. in 4. sen- tent. distinct. 18. & 20.

<sup>28</sup> † Dubitatur, ap bona catastrata, quæ ecclesia à laicis acquisiverunt, & pro quibus laici collectas persolvebant, gaudeanū privilegio immunitatis: & videretur quod non, quia hoc casu res onerata cum suo onere transit. Specul. de clericis. coniug. n. 11. vers. alii dicunt, Bald. in l. neminem n. 2. C. de sacr. sanct. eccl. Jas. conf. 43. vol. 3. Abb. in d. cap. non minus, num. 16. vers. dicit enim, & Rebuff. in l. si divina. n. 3. C. de exact. tribut. Quæ conclusio est vera, & communis, quo ad tributa, si prædium est tributarium, vel censuale jure feudi, vel emphyteusis pro illo solito, & perpetuo tributo, quod est conforme, & certum, ut declarat Bar. conf. 180. n. 3. & 4. Felin. in d. cap. Ecclesia Sancte Mariae. n. 77. Bald. dict. n. 2. Rebuff. ead. l. si divina. n. 1. & Olalch. decis. 136. ubi de communi testatur, num. 2.

Sed quando descriptio, seu estimatio, quæ sit per solidum, & libram, non est perpetua, & certa, sed mutatur pro varie- tate imminentium negotiorum, onus hu- jusmodi nondurat, postquam venit ad pri- vilegiataū personam, ut bene distinguunt Bart. eod. conf. 180. eod. n. lib. 1. Felin. in dict. cap. Ecclesia S. Mariae, eod. num. & Brun. conf. 94. quia immunitas † trahitur